

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Mithridates ad contionem milites vocat eosque variis
2 exhortationibus ad Romana bella incitat. Quam orationem
3 dignam duxi, cuius exemplum brevitati huius operis insererem;
4 quam obliquam Pompeius Trogus exposuit, quoniam in Livio
5 et in Sallustio reprehendit, quod contiones directa oratione
6 operi suo inserendo historiae modum excesserint.
7 Optandum sibi fuisse ait, ut de eo liceret consulere,
8 bellumne sit cum Romanis an pax habenda; quin vero sit
9 resistendum impugnantibus, ne eos quidem dubitare, qui spe
10 victoriae careant; quippe adversus latronem, si nequeant pro
11 salute, pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere. Cete-
12 rum quia non id agitur, an liceat quiescere non tantum
13 animo hostiliter sed etiam proelio congressis, consulendum,
14 qua ratione ac spe coepta bella sustineant. Esse autem sibi
15 victoriae fiduciam, si sit illis animus; Romanosque vinci
16 posse cognitum non sibi magis quam ipsis militibus, qui et
17 in Bithynia Aquilum et Malthinum in Cappadocia fuderint.
18 Ac si quem aliena magis exempla quam sua experimenta moveant,
19 audire se a Pyrro, rege Epiri, non amplius quinque milibus
20 Macedonum instructo fusos tribus proeliis Romanos. Audire
21 Hannibalem sedecim annis Italiae victorem inmoratum, et
22 quin ipsam caperet urbem, non Romanorum illi vires resti-
23 tisse, sed domesticae aemulationis atque invidiae studium.
24 Audire populos transalpinae Galliae Italianam ingressos maxi-
25 mis eam pluribusque urbibus possidere, et latius aliquanto
26 solum finium quam in Asia, quae dicatur inbellis, idem
27 Galli occupavissent. Nec victam solum dici sibi Romam a Gal-
28 lis, sed etiam captam, ita ut unius illis montis tantum
29 cacumen relinqueretur; nec bello hostem, sed pretio remotum.
30 Gallorum autem nomen, quod semper Romanos terruit, in partem
31 virium suarum numeret. Nam hos, qui Asiam incolunt, Gallos ab
32 illis, qui Italiam occupaverant, sedibus tantum distare, originem quidem
33 ac virtutem genusque pugnae idem habere; tantoque his acriora esse quam
34 illis ingenia, quod longiore ac difficiliore spatio per Illyricum Thraciamque
35 prodierint, paene operosius transitis eorum finibus quam ubi consedere possessis.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Bezeichnen Sie (mindestens zwei) auffällige Erscheinungen in dieser **oratio obliqua**!
2. Wie kann **numeret** (Z.31) hinsichtlich Syntax und Modus erklärt werden?
3. Umreißen Sie das Bedeutungsfeld von **exemplum** (Z.3)!